



Universitätsbibliothek Paderborn

**ELEGIA ET DEPLO-||randi hujus seculi querela,||
REVEREN=||DISSIMO ET IL-||LUSTRISSIMO PRIN-||CIPI AC
DOMINO, DOMINO || JOHANNI GUILIELMO, JULIÆ,|| Cliviæ
& Bergiæ Duci ... ||**

**Grest, Wessel de
Lemgo, [ca. 1584]**

Qui prope cuncta suis cùm regna subegerit armis, Posse suo sperat me
quoque Marte capi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34817

EPISTOLA

Quis non fama atq; auditione accepit, quām
inclementer, inaudita, & plus quām diabolica
cruelitate, detestabiliq; immanitate s̄eviat?
qua infatiabili sua immanitate hac civilium
motuum occasione usus, post tot pulcherrima
opulentissimaq; regna, & præcipua quæq; or-
bis Christiani propugnacula (quæ ut singula-
tim recensere epistolæ brevitas non patitur:
sic quoq; sine summo dolore, gemitu, ac lachry-
mis, vix, & ne vix quidem narrare possem) à
corpo ejusdem Reipub. non absq; maximo
detrimento avulsa, totam Europam spe & a-
varitia devoravit. Quod etiam conquestus Sa-
binus olim ita canens:

*Qui prope cuncta suis cū regna subegerit armis,
Posse suo sperat me quoque Marte capi.*

Nec quisquam potest esse tam rationis &
mentis inops, qui non intelligat, nisi guber-
nacula Romani imperii tractantes, periclitant-
ibus per immanissimum, & summoperé for-
midabilem hostem Christianis, in ipsius con-
finiis primo quoq; tempore suppetias ferant:
illisq; viri fortissimi, strenuissimi, & rei milita-
ris peritissimi in auxilium mittantur: quanta
instet intemperies, quantaque malorum Ilias
humeris

DEDICATORIA.

humoris nostris immineat. Nemo est qui ne-
sciat, nos in extremum discrimen horum di-
tionibus expugnatis lapsuros esse. Adhæc,
quam calamitatem Russiæ Monarcha (cujus
sævitia tanta est, ut nemo sit, qui eam non ocu-
lis fugiat, auribus respuat, & recordatione ipsa
perhorrefcat) filiæ Sion struxerit; & quas Tra-
gœdias in Livonia excitaverit; quis, oro, est
tam ignarus rerum, tam rudit in Repub. no-
stra, tam nihil unquam nec de sua, nec de com-
muni salute cogitans, cui vel mica sani sit ce-
rebri, qui non persentiscat? ut interim barba-
ricam rabiem Tartarorum silentii velariis in-
volvam. Veruntamen, si rem ad Critolai li-
bram expenderimus, Deus Opt. Max. in his
difficilimis bellorum civilium fluctib: ob sum-
mam populi sui perversitatem, & immensa sce-
lera meritas effusus in iras, ut poeticè dicitur,
justitiæ flagella in eum immittit: ut tandem
aliquando hisce castigationibus, ærumnis &
miseriis ad meliorem mentem redeat (si qui-
dem Turcicam, Moscoviticam & Tartaricam
tyrannidem horribilis idolomaniæ, reliquo-
rumq; peccatorum Europæ vindicem esse cer-
to constat) atq; molitionib. intestinis sopitis,
adversus

EPISTOLA

adversus barbaros, & à fide orthodoxa alienos
belli tumultus deflectat. Quamobrem atten-
tem adhuc Christianos armis domesticis sese
mutuo confidentes durissima, ignominiosa,
ac perpetua servitute à Christi persecutoribus
acerrimis magno cum dolore, & commisera-
tione videamus, ex responso, quod Tyresium
Scipioni Africano dedisse legimus, ratio est in
promptu, qui Scipio Africanus, quem Nu-
mantinos sæpe victores jam fregisset, obfessos-
que tandem oppugnâset : Tyresium Im-
peratorem Celticum rogavit, qua de caussa
Numantia, aut prius invicta, aut post eversa
fuissest? Respondit Tyresius : Concordia vi-
ctoriam, discordia exitium præbuit. Non A-
pollinis magis verum, atq; hoc responsum esse
sera nimium, multarumq; Christi fidelium my-
riadum exitiosa observatione ac quotidiana
experientia satis superq; docemur, & res ipsa
loquitur, Unde recte quondam monuit Sabi-
nus Cæsarem:

*Ac prius externos, quam progrediariis in hostes,
Certa tibi pax est constituenda domi.*

Quinimo idem Christianis principibus,
quod Cybindo cum Aquila, accidit, quemad-
modum